

Vidi Cl. D. Durnhoferum : (a) & brevi illius colloquio exhilaratus sum, ea præsertim parte, qua res tuas adeo secundas esse affirmabat, nullum ut a macie & pallore tibi sit periculum. Sed extra jocum, Deus, quem te revereri animadverti tibi perpetuo aderit & benedicet. Nuper misi Orationem, qua finem disp. de contro. Eucharistica imposui. (b) Edita est mandato superiorum: Senatus Academiæ Basiliensis, Tubingenses admonuit, ne patiantur Jac. Andreæ in me scriptum virulentum edere. (c) Ego hominem

(a) Profectus erat anno 1584. die 28. Augusti Francofurtum, unde vel excurrit Heidelbergam vel quod verosimilius Francofurto Heidelbergam transiens per digressionem domum rediit. Nam die 12. Septembris Noribergam reversum esse constat ex MStis literis Durnhoferi.

(b) De hac oratione testatur W. B. p. 303. daß da jedermann vermeinte Grynæus würde disputiren/ da fieng er an eine Oration zu halten einer Stund lang/ darinnen er die verloffene Handel seines Gefallens wiederholt/ calumniert / verkleistert / und in Summa thme selbstem palmam und die Victorie zugeschrieben ic. Sed quid postea a Marbachio suisque collegis factum vide p. 304. 306. Hæc oratio Heidelbergæ 1584. impressa.

(c) indigitat his verbis confutationem Andreæ contra disp. Grynæi de S. Coena A. 1584. editam. Cui accessit admonitio de Synopsi orationis Grynæi eodem anno impressa.